

Missarum III. vocum, liber I.
SELECTIONES QVAE
DAM MISSAE, PRO ECCLESIA DEI NON INVITI-
les, nunc primum in lucem datæ ac correctæ

ab Authore
JACOBO HÄNDL.



P R A G A
Ex Officina Typographica Georgii Nigrini.
ANNO M. D. LXXX.

ADMODVM REVEREN-
DO IN CHRISTO PATRI DOMINO. D. IOHANNI
ABBATI MONASTERII ZVETL VIGILANTISSIMO, &c.
PATRONO SVO PLVRIMVM COLENDO.

S. P.



MEMOR ILLIVS TEMPORIS REVERENDE
Pater, quo vna fuimus aliquando, & in omnem familiarissimæ cō-
uietus partem circumspectans nihil suavius reperio moribus, nihil
amabilius prudentia tua, qua sic irretitum me tenes, tui vt obliuisci
nesciam. Itaq; amicos enumerans & potiores ex his quoq; scœr-
nens quibus animum beneficio multiplici deuinctum etiam gratum testarer, quo
te (quem semper inter primos habui) loco ponam dubitabo? Nunquam. Is e-
nim sum (si tamen me nosti) qui veras amicitias religionis, virtutis, amoris con-
sensu magis quam officiorum vel magnitudine & fructu vel numero pendendas
existimem. Dignitas quidem tua certa tum erat & peruagata, nunc verò permul-
tum aucta & spectabilis, hanc exosculor, tibiq; ex animo volo; maioribus enim
ornamentis tua te virtus iam pridem dotarat, quam si perseverantix clauo confi-
xeris, nec liquidis honorum titulis diffluere siueris atq; numeros tandem illius
hoc pa-

hoc pacto expleueris, verè tibi cum omnibus bonis congratulabor. Non tibi ex-
cidit quid iplis illis nostræ coniunctionis diebus nunc modestè insinuans, nunc
blandè monens, nunc amicè & verecundè rogans mecum egeris; imperio enim, ca-
rebat vox tua, vt arrogàtia animus: Iam nunc (si placet) exhibeo eam lucubratio-
nularum partem, quam tu cupidissimè expetisti, imo penè efflagitasti; sum-
ptibus ad rem conficiendam liberalissimè oblati, ego verò contra vt salebrosam
& minus expeditam suppressere decreueram, nisi vicisset desiderium tuum quo nō
solum me verum, etiam Musicam quanti faceres, ostendisti. Absit vt illam fasti-
dias quam vel Lycurgus tulit, Socrates etiam probauit, adeò vt effæctum senem ad
Lyram institui non suppuderet: cui tantum detulère veteres vt Dis inuisos cre-
derent, qui Musicam auersarentur; In Thebas hostiliter irruens Alexander mo-
ta Pindari statua Cleonis Cantoris simulachro pepercit. Ateas Scytharum Rex
quia tibicinis modulos irrisit, ideo Scythia, ideo barbarus, ideo feralis habitus
est. Quanto & sapientius iudicârunt & rectius fecerunt primi Legumlatore-
res qui animaduertentes hominum studia nec tranquilla esse posse nec diuturna
rythmum symphonicum admiscuerunt, & si quis crapulam ructans bacchare-
tur aut ebrius in flagitia ebulliret, tibijs hunc atq; concentu reprimebant: Neq;
hîc Musicæ vis definit, Fabium audi; Remigem cantus hortatur, & singulorum
fatigatio quamlibet se rudi modulatione solatur. Vide quæso, quos terminos
artis nostræ describat, quem modum statuatur Fabius. Quid Pythagoras senserit an
est qui ignoret? Mundum ipsum Musica ratione concinnatum prodidit. Certè si

Uj

quæso

qua res est quæ onus alleviat, curas minuit, dolores lenit, distractos conglutinat,
inimicitias sopit, hostes expugnat, molesta omnia vel pellit vel demitigat, Musica
est. Quam illa patronam habet? D. Ceciliam virginem religione, pudicitia, mar-
tyrio admirabilem. Hanc cole si me amas, imo illam quia diligis, me quoq; com-
plectere & Galli tuicaucam (quam te cogente emittit) vocem tolera; Quæ si vel
tibi probabitur vni, nil requiram amplius, Deus te tuosq; his dubijs & formidolo-
sis temporibus diu seruet incolumem. Datum Pragæ ipso nostræ sanctissimæ
patronæ D. Cecilie die. Anno 1580.

Reueren: Tuæ

obseruantis:

Jacobus Händl,
Gallus vocatus
Carniolanus.


Discantus.

MISSA III. VOCVM

Super, Ob ich schon arm vnd elend bin / iċ.



Yrie eleifon ij ij ij.



Hriste elei fon ij ij.



Y rie eleifon ij ij ij.



T In terra pax hominibus bonæ voluntatis, Laudamus te benedicimus



Alus.



bis ij ij miserere nobis.

MISSA III. VOCVM

Super, Mixolydium.



Yrie eleifon ij ij ij.



Hriste eleifon ij ij ij.




ij.




Yrie eleifon ij ij ij


Tenor.



ij in nomine Do mini.



Agnus Dei qui tollis peccata mundi peccata mundi miserere nobis ij



ij miserere nobis, ij miserere nobis.

MISSA III. VOCVM

Super, Vngaybergir, &c.



Yrie e leison, ij

BASSVS.


CANON HVIVS MISSAE.

Quattuor, hoc sacrum sine pausis, vocibus esto:


Cum pausis octo, sic mea Musa iubet:

Qui sequitur simili fugientem voce sequatur,


Et geminus tandem fiet ubiq; sonus.



Yrie eleison ij ij ij ij



ij ij ij ij *Christe: tacet.*



Yrie eleison ij ij ij

PARACLESIS:
AD MUSICES AMATOREM

*Si qua tibi fuerint, (veluti fortasse videntur
Ultima,) non facili SACRA canenda modo:
Ne subito absistas cepto, neu sperne Camœnam
Mellissuam, dulcem, per se &, Amice, bonam.
Sed magis supremi mirare encomia Regis.
Tam variis hominem posse referre sonis
Mirare, & laudes, Diuina adiungito laudi
Conatus, vires, ingeniumq, tuum.
Sapè cane, & quæ sunt magis ardua vince canendo
Sic facile efficies quod fuit ante graue.
Imò & Nectarea tantum rapieris ab oða.
Sapius, ut nolis hac meliore frui.*

M.Valent: Kamp: F.



AVTHOR OPERI.

*Cur borres lucem felici sydere natum?
J, quo te tua fors, & Deus ipse vocat.
Condatur tenebris quod nescit ferre parentem,
Vel certè Aonio non sonat apta choro.
Tu mea progenies noto prognata parente,
Nil, nisi verbigena quale probatur, habes.
An fortè optatum genium tibi de fore credis?
Falleris: est genius, quem canis, ipse tuus.
Ille tibi nomen tribuet, vitamq, perennem,
Haudq, sinet nati funera flere patrem.
Verum esto, nolint magnis fata aspera rebus
Annos te Pylios viuere, viue pios.
Cum non sit tanti, quàm multos vixeris annos,
Quàm si tota expers crimine vita fuit.*

FINIS.

